Fragmentarium

vel formam mutant? Qui non venit ministra-
ri, sed ministrare, quem viderunt inter discipulos
tamquam qui ministrat. Fructus angelica-
tium viarum quod ad ipsos spectat, sua
ipsorum beatitudo et obedientia carita-
tis; quod autem ad nos pertinet, inde qui-
dem obtentus divinae gratiae, hinc vero
custodia viae nostrae. Siquidem angelis
suis mandavit de te, ut custodiant
te in omnibus viis tuis: in omnibus indige-
ntiis tuis, in omnibus desideriis tuis. Alio-
quin facile est te incurrere vias mortis,
ut videlicet aut de necessitate in ob-
stinationem, aut in praesumptionem de cu-
piditate pervertas, quae quidem sunt iam
non hominum viae, sed demo-
num. In quo cum tam facile inveni-
ri solent homines obstinati, quam
in eo quod aut ad necessitatem per-
tinere simulant aut arbitrantur. Quid-
quid moneas, ait ille, quod possum possum.
Unde vero in praesumptionem, nisi ex quodam
impetu vehementioris desiderii [illegible]
prosilimus? Interim ergo mandavit an-
gelis suis de te, ut admoneant te viis
tuis, et in eis ipsis custodiant; et quasi
per vias suas vias tuas dirigant
in vias ipsius. Quonam modo, inquis?
Nempe ut quod angelus ex sola caritate
purius agit, tu propria saltem necessi-
tate compulsus et ammonitus descen-
das et ascendas exhibere. Sed primo
misericordiam, et rursum cum eodem angelo
levans desideria tua, tota animi
cupiditate ascendere studeas ad
summam et perpetuam veritatem. Hinc

cum monemur levare corda cum manibus;
hinc audimus cottidie: Sursum corda;
hinc quoque negligentes arguuntur, et dici-
tur nobis: Filii hominum usquequo gra-
vi corde? ut quid diligitis vanitatem
et quaeritis mendacium.
In manibus portabunt te, ne umquam
offendas ad lapidem pedem tuum. Quan-
ta nobis fratres in scripturae verbis eru-
ditio et ammonitio et consolatio exhibe-
tur. In omnibus psalmus tam magnifi-
ce pusillanimes consolatur, neglegen-
tes ammonet, ignorantes erudit.
Unde id quoque fidelibus suis voluit di-
vina prudentia praestare, ut in ore ipsorum
versiculi psalmi huius hoc maxime
quadragesimali tempore versarentur,
nec aliunde quam ex ipsius usurpatione
diaboli sumpta occasio videtur, ut in
hoc quoque nequissimus ille servus filius
serviat vel invitus. Quid enim tam mo-
lestum ei quod nobis potest esse tam iocun-
dum, quam etiam ut malum eius nobis
cooperetur in malum? Angelis suis
mandavit de te, ut custodiant te
in omnibus viis tuis. Domine quid est homo
quia innotuisti ei, aut quia ponis
erga eum cor tuum? Apponis cor erga
eum, geris pro eo sollicitudinem, curam
illius habes. Denique mittis ei unige-
nitum tuum, immittis spiritum, spiritum promit-
tis etiam vultum tuum. Et ne quid
in caelestibus vacet ab operibus sollici-
tudinis nostrae, beatos illos spiritus propter
nos mittis in ministerium, et custodiae
nostrae deputas, nostros iubes fieri peda-

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1502, f. [6]v – Bernardus Claraevallensis, <i>Sermones</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-rlkx/7360/59202)